




ABULI
3
Nazionale
Firenze






INC
Bibliot
Centr




















FRANCISCI ARRETINI IN PHALARIDIS TIRANNI AGRIGENTINI EPISTOLAS PROEMIVM.

u Ellem malatesta nouelle princeps illustris tantã mihi dicendi facultatem dari: ut uel præstãtiæ tuæ: uel phalaridis nostri epistolis: quas nuper e græco in latinum traductas: & nomini tuo: ut pollicitus sum: dicatas mitto: mea responderet oratio. Vtrum enim assequeretur: nonmodo non multitudinis: sed ne doctarũ quidem aurium iudicium formidaret. Nam: ut laudes tuas in aliud tempus remittam; neq; enim huiusmodi sunt quæ possint breui procemio complecti. Qui ornatus quæ tanta esset dicẽdi copia: quæ non tuo: & maiorum tuorum splẽdore superaretur. Tacebo igitur in præsentia antiquissimam Malestarũ familiam: quæ non flaminæ modo in qua fœlicissimo principatu diu floruit, sed italiæ decus atq; ornamentum clarissimum semper extitit. Tacebo maiores tuos. qui & si præstantissimi fuerint: tamen si hanc prouinciam assumerem: tantus mihi recentium laudum campus pateret: ut non opus esset antiquiora consectari. Tacebo Pãdulfum: Carolum: & Malatestã patruos: quibus nec bellicæ rei gloria: neq; litterarum (quantum in principibus requirendum est) studiis non libertate: nõ cæteris uirtutibus: sua tempora præstantiorem habuerunt: qui adeo inter se de uirtute contẽdisse uidentur: ut quem præferas difficile sit ferre sententiam. Adeoq; oĩum iudicio laudant: ut siqd egregium: siquid magnificum: si quid principe dignum: maiores natu meminisse uolunt ex illorum fortiter gestis acute dictis prudenter excogitatis exemplum adducant. Accedis tu tantis progenitoribus digna soboles: nulla exparte eorum laudibus inferior. Cuius ego cum animi magnitudinem: pietatem: libertatẽ: mores ĩtegerrimos: quæ alias ut dixi latius prosequar intelligerem: omniũ maxime delegi cuius nominis Phalaris noster ĩscriberetur: de quo ut ĩgenue quod sentio profitear: maxime malorũ nostrorũ uel negligentiã: uel ingratitudinẽ admiror qui de tanto ac tã præclari ingenii uiro: uel nullam penitus: uel crudelitatis tantũ fecerint mentionem eoq; rem adduxerunt: ut eius dũtaxat sæuitia nota sit omnibus Animi aũt magnitudo: liberalitas: doctrina: ingenii acumẽ penitus sileatur. Sed profecto maligni iudicis est: uno uel altero uitio acerrime examinato uirtutũ merita subticere. Neque arbi-

Tacebo ornatu[?] Tra lex & repetitio simul et semel.



tror adeo Phalarim in eos a quibus insidiis petebatur q̄ doctos uiros ī phalarim fuisse crudeles Qui uero & unde fuerint: nemo latinoꝝ q sciā: meminit Cicero & Valerius maximus crudelitatem eius & cædem breui attigerunt. Eusebius Cæsariensis tempora quibus tyrannidē apud agrigentū exercuit: & ea quidē dubia annotat. eius aūt epistolæ longe magis & conditionis eius & moꝝ p̄se ferūt testimoniū. Sed nūquid ei credēdū? Ego quidē inter oīa scribendi genera nullū uerius q̄ epistolas existimo. Historia oīum iudicio uera comprobatur. Verum si recte cōsiderabit̄ scriptoꝝ affectus: amor: odiū: metus: & id genus alia quin multa addant: multa subtrahant: nemo asserere dubitabit. Accedit reꝝ cōsilioꝝq̧ ignoratio: neq̧ enim oībus itersuerūt: & res alienas plerūq̧ scriptitāt: de qbus difficile est præter euentus iudicare: & eos alii aliter sæpenumero: ut fere usu euenit referunt. Epistola uero & si ī his simulari multa possūt & dissimulari ueriores tn̄ eē qs dubitet? Plerūq̧. n. res nr̄as scribimus: petimus: negamus: arguimus: res nr̄a agit̄: ex quo maxime affectus & cuiusq̧ mores ōndūt̄ q̄si in hoc quoq̧ scribēdi genere: tū metus cū cōciliādæ amicitiæ gratia: tū ut uiri boni eē uideāt̄: nōnulli simulāt aliq̄do: non eiusmodi Phalarim cōtenderim. Et recte quidē: perge quæso has epistolas diligenter. Et si illius cōsiderabis ingeniū inuenies in Phalaride nullum simulationis argumētū: Inuenies maximi animi uirū: q neminē formidet: neminē ad gratiā alloquatur. Inuenies apertæ frōtis hoīem: q qđ aīo: id etiā ore hēre uideatur. q nullā boni uiri opinionē aucupet̄: qppe qđ & gloriā: & omniū adulationē recuset atq̧ contēnat. Vis ī deos: in patriā: pietatis exemplū? Hēs phalarī: q & de his pie loquit̄: & exul ad restituendā patriā atq̧ ornandā pecunias dilargitur Vis studiorū musarūq̧ amatorē phalarī ītuere: q Stesicoꝝ poetā inimicissimū captū a se: musarū reuerentia seruauerit. Vis liberalitatem: quē Phalaridi præpoēs? Neq̧ enī quod non accipiat: sed quod a se munera non accipiantur sæpe conquerit̄. Quis bene de se meritis gratior Phalaride: qui manifesto coniurationis crimine cōtra se deprehēsum: medici sui precibus cōdōauit? ꝓ pluribus spōte sua pepcit: Hæc & huiusmodi plura q̄dignissimo pricipe ī his epistolis facile qs poterit ītueri. Et firmissimum est ueritatis argumentum semper sibi constat. Neque enim ulla fieri ratiōe potest: ut si laudo quispiam semper eundem tenorem seruet: ne affectu & cōscientia uel inuitus ad animi morbos ostēdendos non

nunquam trahatur. Ceterꝝ in his epistolis nihil grauius: acurius pressius: & græcorꝝ & latinorꝝ pace dixeri: in hoc scribēdi genere inuenies. Cuius dicēdi characterē utinā mea assequi potuisset oratio: sentētias tñ spero me assecutū: quas & prudentia & sapiētia plenas: & ad beneuiuēdum principibus maxime accomodatas qs negauerit? Hasꝝ igit̃ quom in manus mihi uenisset: elegātiā admiratus dolui eas duo milia fere annorꝝ nostros homines latuisse. Quare non arrogantia: neqꝫ enim uires meas ignoro: sed quom qui ingenio & doctrina ualent: has nescio qua ratione adducti in latinū uertere neglexerint. Ego & si supra uires onus me subiturū intelligerem: subii tamen: satius ratus iculriores haberi q̄ nullas. Crudelitatis autem qua omnes eū accusant: non tantum mihi ipse arrogo: ut melius quātam ipse se excusare existimem. Ipse causam suam agit quæ q̄ sit probabilis tua poterit præstantia iudicare. Id tamen dicam: quod ad eius defensionem non parum facere arbitror: Ex primis siciliæ tyrānis fuisse Phalarim Supbi Tarquinii tēporibus. Nā & Pythagorā: ad quē Phalaris scribit eo regnante floruisse & Liuius & Aulusgellius & Eusebius asserunt: Eo tempore siculi tyrannidis expertes & peregrino & exuli cretensē enī & a patria a stiphalide exulē se ipse testatur. Et ei quē paulo ante ne parē quidē habuisset parere indignabant̃. Hinc populorꝝ odiū: hinc coniurationes: hinc phalaridis metus: & quæ de eo ferunt crudelitates emanarunt: Quod licet benignitas tua & morꝝ tuorꝝ præstantia talē eū subditis semp se gesserit: ut nihil q̄ te carius: nihil tibi magis q̄ uitā q̄ fœlicitatem precent̃: uel aliorꝝ principū exēplo quid metus possit non ignoras. Vnū præterea in his epistolis me nō parꝝ pturbauit: ꝙ non nullæ ita mendosæ sunt: ut nulla possit rōne earū sentētia coniectari. Nec mirū quom etiā familiares Cicerōis epistolæ quas frequēter in manibus hēmus: librariorum incuria q̄ mendosissimæ inueniant̃. Eos egi locos annotaui conatus: tamen in quibusdā nō absurdā ꝓ loco ferre sententiā. Quod si particulis illis correctis ad præstātiā tuā mittā. Sed iam phalarim ipsum audiamus.

Phalaris Alciboo.

Olicletus messenius quē ꝓditiōis apud ciues tuos insimulas: morbo me incurabili liberauit: nec ignoro me dolores tibi & lachrymas nūciare. Tu aūt ne ipe medicæ artis īuēta Aesculapius cū oībus diis sanare unq̄ potuisset. Aduersam n. corpis ualitudinē ars sanat. Ai aūt morbo sola mors medet̃.

q̃ tu pro multis & magnis celeribus non qdẽ coactis: quorũ me arguis: ſed uoluntariis grauiſſimã expectato.

Hieronymo.

r Ogaſti me quibus adductis rationibus leontios ĩ agrum quem mihi auferunt contra me impetũ facieres: uictu rũ me cẽſuerim. Ego uero quod iuſtitiorem cauſam ha beam omitto: quippe qui nõ ſolũ belli auctor: ſed propulſo illa tũ. Hoc enim nullius eſt apud uos momẽti: illud autẽ quod & ſi uos diſſimuletis: ſcire tamẽ uos neceſſe eſt. Dicere ſane poſſum uiris fortibus pecuniis: nauibus equis me ſuperatuꝝ: quoꝝ om nium uos indigi cum eo hoſte certatis: qui & horũ & fortunæ opulentiſſimus eſt.

Nicophemo.

d Vos in leõtioꝝ cõcionẽ miſerabili cruciatu periiſſe enu meraſti: eos quom nobis inſidias tenderet: interemũs Tu autem nõ intelligis quom calãitoſum eorũ defles interitum nõ ſolũ his exemplis nobis nõ moliris inſidias. ſed in leõtinos quos in bellũ cõtra nos cogis pigriores reddere: ut in talẽ hoſtẽ iiuſte bellũ moueãt. Neq̃. n. fieri põt eũdẽ & odio hẽri propter crudelitatẽ: & pp mollitiẽ cõtẽti Q d' ſi ad uota res ſuccedãt: neq̃ his certaminibus uobis ĩuidimus: neq̃ cõtendere dehortamur.

Timonarti.

a Lci bello leõtinos: ut autem dolori ſufficias: nec penitus abſumaris non omnia tibi ſignificamus. quemadmodũ una cũ iis thaurominitanos & zaclẽſes eorum ſocios ſu perauimus. Neq̃ quod captiuos talentis cẽtũ pro his acceptis dimiſimus: quippe qui nolim te tã fœlicis nũciis dolorẽ extincto in merito uideri hominem interemiſſe.

Policleto medico.

n Eſcio quid de te potius admiter Policlete medicinæ fa cultatem: an morum fidem: facultas enim aduerſam ty rãni ualitudinem: mores enim tantæ cædis premia ui cerunt: per hæc ambo iuſticia tua diſcurrens: duobus me peri culis periclitãtem: ui ſcilicet incurabilis morbi: & hoſtium pre miis liberabit. Soli nãq̃ tibi licuit ſi morbo periiſſem: tyrannũ uideri ĩteremiſſe. Sin minus quom quicq̃d mihi dederis: id prõ pro animo ad ſalutẽ accederim: me interimere: qd' tibi plurimũ adeiuſmodi premia cõſequẽda ꝓfuiſſet. Verumeniuero nolui ſti precium iniuſtum iuſtæ laudi præferre. Si quidẽ fortaſſe oc-

casio illa temporis ad me interimēdū propter morbū iuste cædis causa non habuit. Ego igit̄ quod ita mecū egeris quom i tua essem potestate: dignam tāta uirtute laudē referre nequeo. Hoc unū scio eā te assecurū doctrinā: quæ deo digna sit: qui medicinæ artem inuenit. Veruntamen cū medicinæ & fidei laudibus misi ad te animi mei erga te monumēta puri auri phialas quattuor. Crateres argenteos nō nostri temporis artificii duos. Poculorum thericliorū paria decem. puellas īpollutas uiginti. Quin quagitamilia athicorū scripsi preterea & Teucro: ut in rerū mearum dispensatione id tibi salariū daret qđ nauiū: gubernatores & corporis custodes: & reliqui cēturiones accipiunt: paruā profcō pro tanto beneficio uicē. Sed addat̄ minori meæ gratitudī me cōfiteri nō habere quo pacto pro mētis tibi debitam possim persoluere.

Policleto medico.

l Iberaui tui gratia Calleschrum: qui mihi tam manifeste insidias fecerat: ut non solū eas confiteretur sed coniuratos etiā indicaret. Adderetq; quo loco & quando & qua ratione me aggressuri essent. Atqui īmemoris uiri esse uidebatur hoīs salutē ei denegare: qui salutē aliis elargiatur: simul et reputabā meū esse talē gratiā referre medico q me liberauerit. Tum autem longe decentius accipere qui medicinæ princeps es: & omnes sanas indigentes. Cognoscat autē suā temeritatem Calleschrus. ꝙ uitæ a te gratiā accipit: quā alii iuste abstulit. Abstulit enim quantum in eo fuit: quāuis fortuna nō ꝑmiserit.

Messeniis.

a Vdio Policletū medicū uestrū tanquā agrigētinoꝝ ꝓditorē accusare: ꝙ quom me grauissimo morbo laborātē īterimere potuisset: eo me liberauit & iusticiæ eius laudē īiusticiæ accusationē uertiri: neq; uos huiuscemodi cōfiteri pudet. Ego autē admodū eius autē: sed lōge magis eius mores admiror: qđ quom me tāquā morientē suæ fidei creditū haberet nō ut tyrānū ītéremit: sed ut ægrotū omni conanime ī pristinā restituit ualitudinē: atqui uestris calūniis ne minimo quidē detrimēto affectus est. Mea uero in liberalitate īter siculoꝝ ditissiōs in primis potest ānumerari. Nō igitur ignoro quin ob meam in Policletum liberalitatem omnes agrigentinorū proditores potius q̄ phalaridis percussores dici exoptetis. Messeniis.

On ignorabam quin de tripodibus delphicis & aureis
n coronis & aliis multis pretiosisq; muneribus quæ diis
uestris recuperare bonæ ualitudinis gratias alterũ face-
reris: ut scilicet aut ipsis diis pie offereris: aut iis neglectis inter
uos ea partiremini qđ ipsi fecistis Simulata nãq; mihi iniuria ac
si nostra qui ea misimus gratia prophana fuerũt: ĩ deos sacrilegi
um cõmisistis. Quid enim refert munera iã dicata an tãtũ desti
nata diis auferre: utraq; enĩ illoꝝ nõ mittẽtium sunt. Nos igitur
gratiã ĩ deos: uos ĩpietatẽ ostẽdistis. Siquidẽ & dãtẽ me: & uos
rapiẽtes nouerunt. Satis autẽ habeo: ut deoꝝ qui a uobis spolia
ti sunt irã experti: uos ipsos scelestos ĩtelligaris. Nã cum ex aliis
tũ ex eo quod missa a nobis munera esse uobis lucro putastis:
nihil eorum sceleratũ esse cõfitemini: nisi forsitã ipsi thesauri du
plicẽ sortẽ habeãt si inter uos distribuanť bonã: malã: si diis dicẽ
tur. Præterea palã uos ĩpsos impietatis arguitis. Principes enĩ
decernẽdæ hostilis pecuniæ causam ad populũ referũt: uos autẽ
populus ad principes. Et qđ oĩum grauissimũ est deos tãꝙ ma
los homines si munera a tyranno accipiãt proditionis in simu-
latis. Verũ tres qui sentẽtia ũra bene rẽ publicã gerũt: qui ue nõ
semel messanã: queadmodũ agrigentũ si quas petierãt pecunias
dedissem meæ ditioni subdidissẽt: ĩpune dimittitis. Cuius rei cã
ẽ: quod eadẽ estis qua illi sentẽtia neq; libere in huiusmodi aucto
res animaduertere potestis: quom omnes capiẽdis muneribus
sitis obnoxii. Sed ne uidear munerũ gratia hæc dicere: ne mini
mũ quidẽ hanc amplius curã suscipiã. Meritas uero temeritatis
uestræ pœnas debitis quos uiolastis & de me & de his quæ ĩpu-
ne in eos ausi estis. Valete. Valete autẽ quom duplicẽ habeat si
gnificationẽ nolĩ uos ignorare in deteriorẽ partẽ esse accipiẽdã.

Magarensibus.

On queror de ingratitudine uestra: quod quom de uo-
n bis sæpenumero bene meritus sim in finiũ controuersia
quæ mihi cũ finitimis erat: falsum cõtra me perhibui-
stis testimoniũ. Meã autẽ accuso stultitiã: qđ a uobis frequenter
lacessitus adhuc nõ sim factus sapiẽtior. Nã quom nullo unquã
tẽpore nostrũ erga uos beneficioꝝ memores feritis: nos tñ ac si
ea nũquã obliuioni mãdassetis: nostrã erga uos beniuolentiam
liberalitatẽq; semper ostendimus. Thirseno.

I eos qui necessario ĩiuste aliqd admiserũt ĩ posterũ me
f ritas expectare pœnas oportet: queadmodũ in egesten
siũ consilio es concionatus: quom opera ad diuinã pro

uidẽtiã retrulisti: quæ nã spes de te ipso habẽda ẽ quom nõ ex necessitate: sed spõte tua & cõsulto iniq̃ oĩa ꝓlabaris. Leusippo.

f Ilio tuo pp iuuentã: tibi pp seniũ pcimus quãuis nullam ueniã mereamini. Verum nisi a temeritate desistatis: neq; illũ iuuenta neq; te seniũ eripiet. Immo eo uos grauiori supplicio afficimus quo maiore. uenia dignos duximus.

Cleostrato.

a D modũ mihi risu dignũ & admiratione uidet̃ ut quispiã admonitiõibus tuis melior fieri possit: & cõtinẽtior. Quippe qui alios castigare uult omni eũ crimine liberꝝ esse oportet. Tu uero & his quæ in alios reprehẽdis criminibus & ĩnumeris aliis obnoxiis tanq̃ oĩo irreprehẽsibilis: alioꝝ errores corripis. Menacli.

u T equos tibi paratos ad pugnã misimus: & teucro ut pecuniã daret & mãdauimus. Si qua alia re tibi opus est: ne pigeat ad me scribere. Nihil enĩ tam magnũ a nobis petieris: quin id tibi liberti animo largiamur. Aglao.

t Hesauros nostros quoscũq; nobis deus largitus est: ad fortunæ mutationes cõdidimus: nõ in sinu terræ quemadmodũ ad omnes: sed in amicos quia nobis dona accipere nõ dedignantur. Tu uero neq; ĩ hoc benignũ te nobis exhibes: utq̃ tum in nobis est si principatu deiiciamur: ullã spẽ habere possimus. Atqui si nõ prius: nũc saltẽ nũquã depositũ accipias mihi seruãdum: & in hoc amici munere fungare. Nullã enĩ terræ ptẽ fidã nobis ducius: si uobis amicis optimis tanq̃ pulueri diffidamus. Qui si fortunati fueritis: q̃uis me aduersa fortuna prostrauerit: lætus tamen nihilominus fælicem ne existimabo.

q Vom neq; uidear: neq; sit ĩiustũ eũ qui prior iniuriam intulerit ulcisci: quom primũ nos læseris a nobis postmodũ idem expecta. Herodico.

a Lius ĩiuria affectus nullã ĩferẽti minet̃ ultionẽ: ut q̃ minimũ apud illũ suspectus hẽat̃. Ego autẽ degeneris uiri offĩm existimo nesciũ atq; ĩcautũ aggredi. Quare quom me læseris ultionẽ caueas admoneo, ut añ expectatiõis metu: tandẽ ipso supplicio torquearis. Ariphœto.

Pera tua & his quæ misimus: & lõge maioribus p̃miis digna sunt. Mea aũt pscrutari noli. Nihil. n. ĩ his potius q̃ silentium ducimus. Amphinomo.

q Vom in uiros bonos aliquid confero: non dare

mihi: sed accipere ab his potius beneficium uideor. Quare te rogo ne tāq̄ dantē me: sed debentē tibi gratiam eo quod quæ misimus accepistis: existimes.

Erythiæ uxori.

T mea causa plurimum tibi debere gratiam intelligo & coīs filii: quē tibi reliq Crythia. Mea ꝙ quomodo patria exultarem: uidua ꝑmanere q̄ cuipiam nubere maluisti: quom te plur īmi uxorē expeterent. Filii quoniam tu'i eo: & matris munere & patris functa es: neq̨ uiꝝ aliū ꝓ phalaride: neq̨ filiū ꝓ Paurola tibi delegisti: sed pro secundo uiro priore contēta es. pro alio aūt filio quē ex priore conceperas edurare satis duxisti. perge igitur: & uiri & filii gratiam in eam quā spōte tua cœpisti educationem usq̨ dū pro ætate doctus neq̨ patris amplius neq̨ matris īdigeat. Hoc ego abs te tanto studio contendo: non quod matri & huiusmodi: maxime in filii beniuolentia diffidam: sed ut pater unico filio metuens: Poteris autē ex āi tui affectibus prūm in filios metu ītellecto: mihi quod sic ad te scribam: ignoscere.

Paurolæ filio.

Axime utrūq̨ parentē fili mi'amare te debet & plurimi facere. Filio nāq̨ & pium est & honestum: ut genitorum: & qui in eum tot beneficia contulerint recordetur. Quod si in altero ab officio desistēdum sit: patrem potiusq̄ matrē negligas oportet. Non enim parua tibi sint & patris: & matris: in educatiōe filiorū officia. Sed hæc q̄dē quom eos tulerit peperit educauerit: īnumeros quoq̨ alios pro his subit labores ille āt quom a matre educatus sit filius & adultus: non minus eius se fructū promereri arbitratur qū nihil in eius educatiōe molestum tulerit. Peculiare autē quoddam & magis proprium quā cæteræ matres tua in te hēt propter meum exilium. ut enī te educaret plurimū laboris ꝑpessa ē: amboꝝ curas sola sustinuit. Tu igitur quæ utriq̨ parenti officia debes: uni matri quæ omnes pro te labores subiit redde: paternis nāq̨ officiis materno amore satisfacies. Nihil ego amplius abs te efflagito: si ī eā quā debes pietatē ostēderis. Immo & accepisse abs te maiorē īmodū beneficium ꝓfitebor. Decens eī ē si matri gratiā ꝓ multis ī te officiis rettuleris maximū a patre beneficioꝝ tuoꝝ initium existimari.

Paurolæ filio.

Væ a patre in filium debentur officia tibi præstitimus pau

rola. quæ uero tu patri debes: si quom possis: reddere negligis: uehementer erras. Audio enim te bonas artes quo sæpenumero te accusaui contemnere. Nullum autem aliud abs te peto beneficium: si hoc spreueris. Atq; scias uelim eruditionis utilitaté: si mihi obtemperaueris: non eum qui gratiam acceperit: sed qui dederit: longe maiorem consecuturum. Erythiæ uxori.

I nostræ tyrannidis mœtu Paurolã agrigentum mittere non audes: tibi & tãq̃ mulieri: & tãq̃ matri unico filio timenti ignoscimus. Sin tãq̃ sola non mecũ eũ genueris: soli tibi habendum censes: iniq; causam parentũ diiudicas. Rigidissimo enĩ iure patris filius est: nõ matris humani uero utriusq; par. Si auté quod aliquando patri filium cesseris: iccirco in eo ius tuũ minui arbitraris: quid de eo censendũ ẽ: q ne particeps quidé unquã fuerit. Aequioré igitur te pstiteris si eũ ad me miseris: nõ serius: sed q̃primũ: cũ his muneribus ad te rediturũ quæ Phalaridis & Crythiæ filium deceant. Vt si nõ mecũ: sine me saltẽ opulenter & laute uiuere possitis. Quis enĩ familiariũ gratia uxore & filio neglectis locupletari cuperet: ego sane uestri studiosus: ut uirum & patrem decet statui rerum mearum non modicam partem in uobis dilectissimis collocare. Et quam celeri me quidẽ cũ aliorũ tu aduẽtantis senectutis gratia: maxime autẽ propter morbũ: q nup mihi grauissimus cõtigit: qppe q me admonet, ut ultimũ uitæ terminũ homini præsentẽ diẽ semper existimẽ. Aduentũ autẽ ex certa agrigentũ: & rursum ad te reditũ: patris beniuolentia tutiorem q̃ maternus metus præstabit.

Paurolæ filio:

Oronã abs te sexcentorũ aureorũ pondo: & bonæ fortunæ: & eius qui misit gratia accepimus. Qua nos ea tantũ die qua patris diis p uictoria aduersus leõtinos uota soluimus coronati dono matri tuæ Crythiæ misimus: Neminẽ enĩ tã pretioso munere q̃ matrẽ digniorẽ inuenĩus. Vtinã tu & decentior nobis & gloriosior corona fias: quom parentum uotis: ut te decet: satisfeceris. Paurolæ filio.

Vom ĩ himerã necessario ueisiem Stesicori filias: quom poemata canerent audiui. Parti quæ Stesicorus: pti quæ ipse uirgines ediderãt. Harũ uero carmĩa Sthesicori carminibus inferiora. Aliorũ ãt: siqs ea cõpararet lõge erãt elegãtiora. Quãobrẽ & eũ qui docuerat: & eas quæ pter naturã ĩ rãtã uenerãt eruditionẽ: fœlicissimas duximus. Age igit̃ Paurola: ma

xime eni hac quoq causa desidero: ut doctrinæ inuigiles qua tā dem sententia corpus armis uēationibus aliisq exerces laboribus Animum āt græcis litteris disciplinisq incultū reliquis: & quē primū & non solū in his exerceri oportuerat corporis ei cura est hn̄da bōæ ualitudinis uel corroborādoꝝ mēbroꝝ gr̄a nisi qs in sacris agonibus exerceri uelit aī uero mores oēs eū itelligeř opor tet dignitate uictus: sit nisi fortasse: quod pleriq accusant: ad tyrannidis cupiditatem aspiras: ac si tibi iure ipso conueniat: iccirco uires corporis exerces: tanq tibi ad huiusmodi principatum asse quendū necessarias. Verum si recte sapies: ab eo quem principatus pœnitet sententiā accipies: qui nō sponte: sed coactus hanc sibi uitā delegit. Qui tyrannidē expertus: tyranno subiectus: quā tyrannus esse malet. Ille enī unū duntaxat tyrannū formidat aliis incōmodis liber. Tyrannus autē & qui extrinsecus isidias moliuntur: & q se custodiūt timet: necesse nanq est ut in formidine & miseria ipsos primū uereatur custodes. Quare sapientius accepta consulentis patris beniuolentia: æqualēte oībus exhibeas: perpetuos uero mœrus & periculoꝝ sine ulla qete arbitriū & hostibus & hostiū filiis relinquas. Quod si rerū inexperientia & iuuentute pulchrū qddā & iucundū tyrannidē & non potius supremas calamitates existimas: maiorē i modū aberras: & profecto ob eius ignorationem. Verum tamen deū precare: ut nunquā in tyrannicæ fortunæ experientia uenias.

Camarinensibus.

T in Gelliā misi: & ad leontinos & ad uos itē mittendū existimaui: ut mihi p̄sēria auxilio eētis. Neq enī armis: neq eqs idigemus neq uiris quoꝝ uacuā dicitis hēre ciuitatē sed pecunia. Leontini nobis quinq talenta q̄primū miserūt. gelli ꝑmiserūt decē. Vos aūt neq leontinis tardiores: neq gellis minus liberales arbitramur.

Lycino.

On recte in leōtinoꝝ concione: me ac si affuissem tibiq potuissem respondere: interrogasti: Quis unde quibus ue sim ꝓgenitoribus. Ego uero quēadmodū metipsū phalari laudamātis filiū genere astyphalēsem: patria exulē tyrānū agrigentinorū multa expertū & aio in hūc usq diem inuicto: Non secus uoui lycinū cynedū ipueris. in iuuēibus salacē: in mulieribus adulterū: temerariū in legibus: luxuriosū in uoluptatibus: segnē in pace: in bello desertorē: q & tuaꝝ in me cōcionū: & hoꝝ quibus

te rephẽdo scelerũ mihi pœnas dabis: si nõ citius: at saltẽ quom leontini meo in se bello defessi te mihi captum tradent.

Leontinis.

I meũ cõtra uos bellũ solui desideratis: nihil ueriti: mihi Iuvenũ tradite: ut oĩ ira & ĩdignatione in e ũcffusa: a meo in ciuitatẽ uestrã furore desistã. nihil enim in eum grauius animaduertemus: q̃ uos omnes cupere intelligamus.

Leontinis.

Eonidam quem res meas exploratũ misistis captũ a me cũ ĩterimere possem: liberaui. Nõ ut uobis rẽ gratã facerẽ: sed ne q̃rerẽ q̃ uobis meũ cõtra uos belli appatũ certo significaret. Et enĩ ipse sine cruciatu libere mihi uestros cõtra me paratus aperuit. Vos scilicet omniũ indignos preter q̃ famis et formidinis: quibuis abundare plurimum uos attestatur.

Sameæ.

Vom mores tuos optimos: & incredibilem erga omnes humanitatẽ itelligã: quomq̧ proxiorũ fœlicitates pie & humanæ pprios dolores ducas & calamitates breui ad te scripsi: & causa mea: & nauali pugna: & legionibus: & equestri tandẽ certamine uicisse: ut hoc nuncio quẽadmodũ bonũ benignũq̧ uirũ deceat: perpetuo doleas: ingenioq̧ & tã perditis tuis moribus debitas penas suas:

Pythagoræ philosopho.

Halaridis tyrãni a Pythagoræ: philosophia differre plurimũ uidetur. nihil tamẽ prohibet quĩ rebus etiã sic se habẽtibus certũ nostri periculũ faciamus. Fieri. n. põt: ut q̃ longæ distant in idẽ redigat cõsuetudo. Nos ex his quæ de te accepimus: uirũ te optimũ esse nobis persuademus. Tu autẽ noli adhuc de nobis ferre sentẽtiã. falsa enĩ quæ de te habetur opinio me offendit. Verum mihi totus non est ad te accessus: propter meam qua accusor tyrannidem. si inermis: & sine satellitibus uenirem capi facile possem: si armatus & militum munitus præsidio suspectus forem. Tu uero omni liber periculo: & uenire ad me: & sine metu apud me esse: & mei periculum facere peioris. Si tanquam tyrannum me spectaueris: priuatum: potiusq̃ tyrãnum inuenies. Sin ut priuatum: habentẽ etiã aliquid ex necessitate tyrãni. Hũc. n. pricipatũ nullo pacto sine crudelitate optie-

re possum. Quod si humanitas in tyrannide tuta eē posset: nō alioꝝ mō gratia: sed hac quaque: tecū esse desidero. Viam nāq; mitiorē: tuis aggrediar admonitionibus: si una cū Pythagoræ sententia: ueritas quoq; certā mihi salutem pollicebitur.

Thoraci.

u Trum me ipsum tanq̄ obscure scripsen: ante tanq̄ consulto intelligere nolis accusem: nescio. Viginti inquam milia tibi ex ratiōibus restant: sit apertus doceri uis: qui te alia quā uelis ratione doceant breui a nobis expecta.

Ariphradi.

t Emeritate: & inuentutis inscitia innumeros homines pdidi quibus duobus affectibus filiū tuū agi: non ignores uelim. Qui quom me hisdē quos memoraui furoribus ad uindictā prouocarit: me tamē cōtinui: tibi nō illi ignoscens. Multoꝝ enim testimonio īcredibilis tua perhibet̄ hūanitas. Icirco nō putaui ob filii malitiā nihil malemeriti patris senectam dolore afficiendā. Quippe q quom unū duntaxat filiū habeas & si omnino malū: alterius tamē successoris inopia diligis: prauitatē enim filii: patris beniuolentia uincit. Verū nisi iam desinat: tuisq; & meis pareat admonitionibus: nō ignoret & tibi & mihi breui meritas pœnas daturū. Ne autē malitiæ pertinaciā ignoratione excuset: eadē de re: & ad te: & ad illum epistolā misimus.

Niceneto.

q Vod sæpenumero patri tuo scripsimus remonitū faceret: ut a temeritate cessares: effecit forsitā ut odii tui formidīe id nos rogasse arbitrareris. Ego uero an sic se hēat ne scribēdū quidē censeo. Atqui cum intelligerem patrem tuum senē modestissimum: neq; alios habere filios illius misertus: & nimiæ tuæ ob ætatem audaciæ parens in hūc usq; diem te pertuli. Te autem neque patris ī unico filio periclitātis senecte miseret: neq; tibi consulis: qui ita in peruicacia perstas. Sed forsitan quoniā nihil in te grauius animaduertimus quom cessare uolueris licere tibi existimas: quod neque lōge te potētioribus licuit. Quod igitur tibi optimo datur utrum cōmodius ducas: nolim thimandrū imitari: sed utili potius inimico q̄ exitioso consultore uti uelis.

Anthimaco.

I reddere mutuū potes et tamen nō reddis: sponte tua malus es. Sin quod reddes nō habes: & si malus omnino nō sis lædis tamē. Inuoluntaria .n. si hūane cōside

rent̃ uenia digna sunt. Atqui ueniam reddendi dilationē: nō penitus desperationē esse scias.

Aristhomeni.

n Oli ægre ferre uulnera quæ in bello accepimus: grata tamen mihi est tua in me beniuolentia & humanitas. Verū tantū abest: ut ea iniquiore animo ferā: & si paꝝ a morte abfuerim: ut & si diutius me uicturum mihi persuadeā optassem celerius ī bello occubuisse. Quid enim uiro generoso melius q̃ in uirtutis & uictoriæ contentione fortiter uitā finire.

Xeopvti.

n On me perturbant calumniæ: neq; opiniones quas de me homines habent: qui iniuste me accusant. nec ulla alia causa: q̃ quia euenire intelligo. alios natura malos. me aūt huiusmodi esse necessitate: quæ diis potētior est. Verū hoc inuicem differimus: ꝙ quom mihi principatus gratia plura liceant: qui sim profiteor. Vos autem priuati legum formidine opera uestra dissimulatis.



Carhaniis.

Vom ad me ciues uestri captiui adducerentur: nō nullos quom omni spe decidissent: qa nō admodū uobis eoꝝ uita curæ erat liberaui. Nō quod mei erga uos odii obliuiscerer. maxime nanq; obliuiosus essem: si minorem ira mea ultionem a uobis accipere satis mihi existimarem. Verū quom pro meritis mihi pœnas dabitis: quot & quanta in me admiseritis: nobis commemorabuntur.

Cathaniis.

Os fortasse satis mihi pœnaꝝ dedisse de his arbitramini: quæ ī me: & meos inique egistis: quom pro triginta uiris īpie a uobis combustis: quīgētos milites: pro septē direptis talēris: plurimos cēsus amiseritis. Ego uero quæ in hūc usque diē passi eorū quæ passuri estis: proœmium fuisse annuncio: adeo ut quæ nobis fautoribus hostes uobis mala inferent: cōfiteri erubescendum sit. Non tamen contra uos odium meum remittam: donec quæ mundum regit prouidentia. eandē in eo gubernando seriem prosequetur. Indicam autem uobis bellum: nō tam mea q̃ deorum gratia in quorum manibus & seruare omnia & perdere est siquidem diuinam sortem ut reliqua naturæ elemēta ætheus ignis sortitus est: in quem quom impie innocentes uiros proieceritis non Phalarim: sed qui omnia conspicatur solem

uobis inimicũ comparastis.

Crithophemo.

b Oni amici officiũ: & tu: & omnes qui plus æquo meã: extollitis fortitudinẽ facitis: quom cõsilio & opera nostra uictos a nobis leontinos prædicatis. Certo autẽ scimus quæ necessaria fuerũt: nos diligenter prouidisse. exoptatissimã uero uictoriã a fortuna cõfectam. Nihil est enim in humanis rebus: uir amicissime: siue magnũ sit: siue: exiguum: quin illius nutu agatur.

Certo scimus

Polignoto.

u T donare tibi aliquid imposterũ: & scribere desinã poli gnote. Cessato autẽ & tu a laudibus: quas de me apud alios prædicas. Re enim me accusas: quom mea renuis munera: uerbis me: & laudibus prosequeris. Neq animaduertis sermonẽ rerũ umbrã a sapientioribus existimatũ:

laudibus prosequeris.

Asiocho.

g Loriari profecto de nobilitate: ut de alio quouis bono licet. Ego autem uirtutem solam nobilitatem scio: cætera omnia fortunam. Et fieri quidẽ posset: alius ex ignobilibus parentibus clarus: alius ex claris ignobilis: ipseq se ipso & abiectissimis ignobilior. Itaq animi uirtute apud syracusanos laudibus proseq debes: non maiorum mortuam in ignobilibus successoris nobilitatem.

Demotheli.

i Gnosco tibi quod ita me admoneas: ꝙ enim nunq̃ tyrãnus fueris: tyranno tyrannidẽ deponere consulis: neq deorum mihi quẽpiam affers securitatis fideiussorẽ: cui fortasse fidem habere possem: Te autẽ dignũ censes: cui tanta de te acquiescam. neq animaduertis fere periculosius esse deponere principatũ: q̃ occupare. Assumã ita de tyrannide: quemadmodũ de generatiõe & uita. sentiendũ est: Neq enim homo si fieri posset: ut antequam nasceretur quænam mala passurus esset audiret: nasci unquã uoluisset. Neq priuatus qui tyrãnidi studeret: si illius intelligeret calamitates tyrãnus potiusq̃ priuatus esse uellet. Sic Demotheles homini non nasci: & priuatũ quam

tyrannum esse utilius intelligo. Quod si ante occupatũ tyrã nidem: eius mihi narrasses cõditionẽ: & hoc mihi tũc dedisses consilium: obterassem profecto. Sed quom tyrannus sim & prĩ cipatu coactus in multa inciderim. non modo hominũ nemo: sed ne deorum quidem pontentissimus hanc tyrannidem deponendam mihi persuaderet. Haud enim ignoramus quibus: quã tisq; nos affectos suppliciis ab iis in quos grauius animaduertimus: uitam profecto finire cogeremur.

Epycharmo.

r Vum & Demothelis de deponẽda tyrãnide consilium: non ab odio: sed reȝ ignoratione profectum intelligo. Aggredi enim tyrannidẽ appetentis est: desistere autem minime: propter multa quæ a tyranno iniuste cõmitiũtur. quemadmodũ sagittarius: quom primũ sagittas emiserit: non amplius habet eius reuocãdi potestatẽ. Quod si fieri potest ut huius tyrannidis tollatur inicium: id facite quæso. Sin nequit: sciatis uelim longe minus fieri posse uestri mihi monitus conferre uideantur.

Epycharmo.

f Vfficis solus nobis: quom iustos nos arbitraris & si nemo huiusmodi tuo de me testimonio credat Vnus enĩ & talis uir oĩs mihi scilicæ norma & regula est. Temerariã ãt multitudinẽ loco solitudinis: & nullius hominis habendã censemus. uel ad implẽdũ locum qui solus esset: solitudinis supplementum existimamus. Cui & ignorari: & deteriores q̃ sumus: uideri: fortasse nõ est in utile. Sed multos habes tui similes. Hominũ enim præstantiam: non numerum reputamus: cũ quibus nosti nos & bonos esse: & æquos. Quod & si solus esses satis nos abundare testibus: neq; aliorũ egere laudibus duceremus.

Hippolitioni.

Ditum tibi ad me: ut rogas: permitto. nullum autem securitatis iusiurandum damus: sed fidem. quod si uerbis meis non credıtis: nunc profecto me iniuria aflicis non quom mihi accusatus es, quom enim non ignores: nemini me unquam fidem fregisse. Ac si de me malesentias: petis iusiurandum. Verum quid refert ad pietatem: iusiurandum ne an fides frangatur? utrunq; enim animus confirmat.

Polythimoni.

I accepta ex tuis moribus coniectura: mihi nō fidis: prudentiam meam: nō malitiam accusas. Sin ex meis mei ignoratione plurimum aberras. Tantum enim abest ut fidem frangā: ut quom ex animi mei sentētia cæteris supra q̄ liceat: credam. ac si firmiorem fidei pietatē habeāt: sæpenumero deceptus sim. Mihi igitur sine dolo & fraude fisus: nihil a me iniusti perpetieris: sed apud omnes testimonio confirmare poteris ea fide Phalarim esse: ut neminem unquam decipiat.

Nyciæ.

Isdem de rebus quibus filium tuum odio habes: qui mores tuos nō imitatur: ab omnibus diligitur. ex quo intelligere potes: te his omnibus inuisum esse qui eum amore prosequuntur.

Adimantho.

Vdio tibi esse cum fratre controuersiam: uter uestrū sit peior: quom tu illum: ille contra te peiorem attestetur. Ego autem arbitror uel potius compertum habeo: Cæteris hominibus illum: te etiam illo iniquiorem.

Egestensibus.

Olite meos exules recipere: nemo unquā phalarī neque in bona: neque in mala referenda gr̄a uicit. Hoc uos ex leontinorū: & melitensiū causa ꝓbe ītelligere potestis: quorū alteris libertatis: leontinis seruitutis auctores fuimus. His qd trires meas sūmerserunt. Melitensibus uero ꝙ summersas recuperare curauerunt.

Antistheni & thetimo

X his quæ misi muneribus Antisthene partem: Theotimus nihil accepit. Quamobrem alteri gratiam habeo: de altero nihil q̄ror: ille. n. quom accepit meas nō minuit facultates. hic uero nullo me dāno affecit.

Menedi.

On te Peniteat bonum euasisse: si uis a paterna iniquitate alienus existimari. Aliter superioris temporis apud camarienses bonam de te opinionem amittes. Simulasse enim aliquando probitatem: non te ipsa bonus fuisse uideberis.

Epistrato.

On secus q̄ ad fortunatum aliquē ad me scribere uideris. Ego autem cōditionē meam tibi paucis explicabo. Scias

me a prima īsantia orbum fuisse. A iuuēta fati iniquitate patria exulasse. Res meas maiore ex parte amisisse. Barbaris educatū esse moribus. Ex omni terra iniuria affectum profugisse. Neq̄ solum ab hostibus: sed ab iis quos sum beneficiis prosecutus insi diis circunueniri: & tyrannum uitam in tyrannide deprecari. Si hoc inquam est fortunatum esse: fortunati profecto sumus.

Onetori.

T tu & omnes amici hoc sane mihi facietis gratissimū: si nihil de me percōtabimini: neq̄ curiosius inquiretis: nisi qd ipe uoluero. Eiusmodi. n. fortūa opprimimur: ut nostra cognita cōditiōe: lætari magis inimici: q̄ in cognita ægre amici ferre possint.

Isonico.

Liorum qui me læserunt inimicitias: ut hortaris: libens obliuiscar. Mortalis. n. quom simus: īmortale (ut aiunt) odiū seruare minime decet. Pythōis āt aduersū me īma nitatem: nō modo uiuus obliuioni nō mandabo: sed ne mortuus quidē: quod omnibus uita functis: euenire consueuit. Quippe qui iniquitatem omniū maximā in me molitus est: si quidē post meum exilium erythiā uxorē quom eius nuptiis recusatis: me sequi uellet ueneno necauit.

Trasinori.

Astellū qđ tu dū oppugnaret̄ reliquisti excursione a teucro facta: ea celeritate euersum est: ut ocius id captum: q̄ hanc epistolam scriptā scias uelim.

Abaridi.

Vdio te clarorū uirorū cōsuetudinis gratia: ex hiperboreis ad nr̄as usq̄ regiones aduētasse. Te q̄ & pythagoræ phō: & Sthesicoro poetæ: & aliis q̄busdā græcorū p̄stantissimis congressū: & ab iis multa didicisse. Cupere autē te alios conueni re: qui te quas ignoras historias doceant. Quod si ab iis qui me calumniant̄ antea persuasus es esse me qualem prædicant: haud facile est dissuadere. Sin ueritatē cū ab omnibus: tū maxime a sa pientibus disquirendā cēses: ad me uenias: quēadmodū pleriq̄ alii clari uiri mecū cōmoraturus. Ipsa. n. noueris expiēria: cætera apud me & melius & honestius: & si mihi de meipso libere lo qui licet: addo ēt humanius quā præsens fortuna pati uideatur: & disposita & constituta esse phalarimq̄ qui hæc & gubernat: & ornat. & nemine eorum qui maxime in his laudātur: inferiorē.

Orsilocho.

Ad me uenias mecū comora

I pp̄terea q Pythagoras philosophus sæpenumero me accersitus huc uenire noluerit queadmodũ eũ qui meã fugeret consuetudinẽ laudasti: mihi calũniã attulit quod nunc ad me uenerit: & quintum iam mensem una mecum in uoluptatibus sit: mihi profecto laudi est Apud me enim ne breui q̃dem momento permansisset: nisi mores nostri conuenissent.

Egesippo.

V sortasse & alii consanguinei qui ægre fertis Clisthenis exilium: eum sibi male consuluisse in his quibus patria pulsus ẽ: nũrandẽ cognoscitis: quom nullius remedii tp̃s sit: nisi pœnitẽtiæ. Ego aũt quom inani gloria maxime in repu. uersaretur: tum maiorem in modum eius uicem dolebam. Et litteris ad eum meis rerum exitum testatus sum. Ipse uero honorũ uoluptate elatus agebatur: fortunæ immemor. Et nos nugas & deliramenta scribere tanq̃ reipu. omnino ex parte arbitrabatur. Vel potius ac si tyrannidis nostræ gratia: nollemus quẽpiã uidere recte rẽpubli. administrantem: quoad magis q̃ opus fuerit inflatus: suis ipse flatibus prostratus est. Suoq; nõ mediocri detrimento: non phalarim ciuilis gubernationis propter principatũ: sed se ipsum uulgi penitus ignarũ cognouit. Eiusmodi nanq; uulgus est: ut in calamitates se sequentes alliciat: & principia euentibus non consentiant. Ego igit̃ & q̃cunq; nõ oĩo stultus est: mallẽ ut ĩcerta me multitudo sibilis: q̃ honoribus prosequeret̃. Odium nãq; eius citius q̃ accendat̃ extinguit̃: neq; q̃bus exardescit tẽporibus ualde dãnosũ est. Eius ãt beniuolentiæ opinio: exilia: mortes: proscriptiones uel his nihil tollerabilius affert. Per Iouẽ maximũ egesippe: ut sentimus: sic te alloq̃mur. Populus oĩs temerarius est: demẽs desidiosus: prõptissimus in quodcũq; cõtigerit mutare sententiã: pfidus: incertus: uelox p̃ditor: fraudulẽtus: uoce tm̃ utilis & ad irã & laudẽ facilis. hoc ẽ ut q in ãgẽda repu. populo placere annitit̃: honestis pereat contũeliis: Nõnulli tñ adeo ĩsaniũt: & temerario ĩpetu uel ea potius rabie p̃cipites ferunt: ut nõ tantũ filioꝶ fragrent desiderio: & nuptiis intenti non libentius uxores conspicentur: & pecuniaꝶ cupidi non sic eis inuigilẽt & armoꝶ belli quoꝶ olympicoꝶ agonũ gratias: studiosi non tantopere hoꝶ singulis delectẽtur: q̃ qui miserã gloriã: inanes honores: & plausum in suũ detrimentũ aucupãtur. Quoꝶ uicẽ familiares maxime dolore. Inimicos uero lætitia prosequi oportet. Vos autem Clisthenis necessarii eum cõsolamini si for

san iniquiore aio res humanas patiatᷣ. Eiq; ne amplius his se re bus immisceat: ac si maiorem in modum erret dissuadetis.

Autonoæ.

